



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia**

**Erasmus, Desiderius**

**Erphordie, 1520**

**VD16 B 4591**

Vita Sancti Matthaei Per Divvm Hieronimvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34488**

DILECTO FILIO ERASMO ROTERODAMO  
SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORI.

Leo. Papa. ꝑ.

DILECTE fili Salutem, & apostolicam beñ. Valde nos delectarunt lucubrationes tuæ in testamētum nouum iam pridem ædicæ, non tam quia nostro nomini dicatæ fuerant, q̄ quod non vulgari, sed noua & insigni quadam eruditione præstabant, omniumq; doctorū calculo plurimū laudabantur. Quas nuper a te recognitas, & pluribus additis annotationibus locupletatas, illustratasq; fuisse certiores facti, non mediocriter gauisi fuimus, ex prima illa æditione quæ absolutissima videbatur, coniecturā facientes, qualis hæc futura, quantumue boni, sacre Theologiæ studiosis, ac orthodoxæ fidei nostræ sit allatura. Macte igitur istius animi tui esto, ac publicæ vtilitati studens, operi tam sancto, vt in lucem exeat, sedulo inuigila. Dignam quidē tot laborum mercedem ab ipso deo relaturus: a nobis vero meritam cōmendationem, & cunctis Christifidelibus perpetuam laudem consequuturus. Datū Romæ apud sanctū Petrū. Sub annulo piscatoris. Die. X. Septembris. M.D. XVIII.

Pontificatus nostri Anno Sexto.

VITA SANCTI MATTHAEI PER  
DIVVM HIERONIMVM.

MATTHAEVS qui & Leui, ex publicano Apostol<sup>9</sup>, prim<sup>9</sup> in Iudæa propter eos qui ex circumcisiōe crediderant, euangeliū CHRISTI Hebraicis literis verbisq; cōposuit. Quod quis postea in Grecū transfulerit, nō satis certū est. Porro ipsum Hebraicū habet vsq; hodie in Cæsariēsi bibliotheca, quā Pamphil<sup>9</sup> martyr studiosissime confecit. Mihi quoq; a Nazareis in Bercea vrbe Syriæ hoc volumine vtuntur, describendi facultas fuit. In quo animaduertendū, quod vbiq; euangelista, siue ex persona sua, siue ex persona domini saluatoris, veteris scripturæ testimonijs vtitur, nō sequat Septuaginta translatorū autoritatē, sed Hebraicam, e quibus illa duo sunt. Ex Aegypto vocaui filium meum. Et, quoniam Nazareus vocabitur.